

pta nostra, ab huiusmodi tamen molestiis hactenus quiescere non curastis. Ideoque Nobilitatem rogamus districtius & hortamur, per Apostolica vobis scripta præcipiendo mandantes, quatenus pro reuerentia diuina & nostra quiescatis a præfatis iniuriis, & Ecclesias ac personas Ecclesiasticas gaudere libertate debita permittatis. Alioquin sententiam quam idem Archiepiscopus rationabiliter tulerit irremissibiliter ratam habebimus, & faciemus auctore Domino firmiter obseruari. Datum Reate Idibus Augusti anno decimo.

239.

1225 d. 13 Aug.

Riati.

Påfv. HONORIUS III:s befallning att gifva Ärke-Biskopen i Upsala under hans visitations resor behörig gästning.

A. 1. a. 11.

HONORIUS episcopus seruus seruorum dej. Dilectis filijs Prelatis et clericis Vpsallensis diocesis. Salutem et apostolicam benedictionem. Cum omnibus debita cui honorem honorem. cuj tributum tributum secundum Apostolum reddere debeat Vniuersitatem uestram hortandam duximus et monendam per apostolica. scripta mandantes. quatinus venerabili fratrj nostro. Vpsallensi Archiepiscopo suam diocesim uisitantj procurationes debitas ita hilariter exhibere curetis. quod facientes de necessitate uirtutem. et ex debito uobis gratiam comparantes. ipsum Archiepiscopum vobis reddatis favorablem et benignum. Datum Reate Jds Augusti. Pontificatus nostrj Anno Decimo.

Blybullan bortfallen.

240.

1225 d. 14, 15 Aug.

Fogelås.

Konung ERIC ERICSSONS och Ärke-Bisk. Olofs bekräftelse på Häradshöfdingen SIGTRYG ESTRIDS-
SONS vid Wartofta Ting fällda Synedom över rågångarne mellan Allmänningen och hem-
manet Eslo, tillhörigt Alvastra kloster.

A. 3: v. 1: 2 *)

Vt sciant omnes tam posteri quam presentes. certos terminos inter eslo mansionem monachorum de aluastro. & nostrum almenning. ego sigtricus estrid filius prolocutor prouincie wartopta. rei geste ueritatem plena fide omnibus manifesto. Anno domini. M°. CC°. XX. V. in loco qui uocatur ésloryd stetit wartopta placitum in uigilia assumptionis sancte marie. & meliores de prouintia nostra mecum affuerunt. quoram ista sunt nomina. Dyonius de mulathorp. haraldus de suntagi. Petrus Greui. Petrus filius Benedicti.

*) Denna doms förnyad i Sköfde d. 31 Juli 1358, finnes äfven uti en af Abboten PAULUS i Alvastra d. 3 Maj 1363 bevitnad afskrift A. 3. v. 1: 4.

& multi alij. Aderat etiam de clauſtro abbas SVNO & Gostauus cellararius. & cum eis fratres multi. In illo placito ego sigtrigus acclamantibus & assentientibus uniuersis adiudicaui mansioni eslo suos terminos perpetualiter mansuros. Tunc ex iuditio meo & beneplacito omnium. quatuor isti Biorn mundr de widlungum. Arnbiorne de tiumu. Johannes de lutrum. Enar cleukalfr de farardal. gangam cum abbate & cellarario iuerunt. & Grimas ueteres innouauerunt. a meridie ab amne eslo incipientes ubi prima teldra posita est. & sic de teldra in teldram. de grima in grimam. sunret uel opret. inter styrløgs gerdi. & atta Kinuls ac Johannis. in tiliam. & ita uersus aquilonem ad torrentem qui dicitur sanbec. ubi rupes quedam magna iacet ab aquilone torrentis. in qua quatuor isti nominati steterunt. dicentes. contra hanc rupem sýnret uel opret termini ire habent. Sequenti die hoc est in die assumptionis placitum stetit iuxta cimiterium ecclesie fuglas. & ibi biorn mundr gangam istam coram me & omnibus diuulgauit. quam sic factam laudauiimus. & abbati & fratribus eius perpetuo firmauiimus. Secundum istam gangam teldras locari & haga incidi precepimus. quod & factum est altera die post diem assumptionis statim. Coram deo dicere audeo. meram de omnibus expressi ueritatem. Tam rite igitur gesta. semper maneant inconuulsa. Ego ericus dei gratia Sweorum rex ss. & sigillo meo confirmo. Ego Olauus upsalensis archiepiscopus ss. & sigillo meo confirmo.

På frånsidan: Terminj Eezlo.
Sigillen frånfallna.

241.

1225 d. 6 Nov.

Riati.

Påfv. HONORIUS III:s allmänna bref att Cistercienser-Ordens privilegier bibehållas okräntke.

A. 1. d. 12, *).

HONORIUS episcopus seruus seruorum dei, Venerabilibus fratribus, Archiepiscopis, & Episcopis, & Dilectis filijs, abbatibus, prioribus, archidiaconis, Decanis & alijs Ecclesiarum prelatis ad quos littore iste peruerent, Salutem, & apostolicam benedictionem, Benefaciens dominus bonis & rectis corde dilectos filios fratres cysterciensis ordinis, in via mandatorum eius inoffense currentes tanquam populum acceptabilem sibi numero & merito ampliauit, eisque de rore celi & terre pinguedine benedicens, dilatauit locum tentorij eiusdem ordinis, & pelles tabernaculorum eius extendit, Set quod dolentes referimus, in via hac qua ambulant, superbi contra eos laqueos extendentes. immo velud torrentes iniquitatis irruentes in eos, ipsos bonis suis que soli domino sunt dicata non solum nequiter defraudare, cum filii huius seculi prudenciores

^{*)} Vidimation af 3:ne Prostar på Gothland, dat. d. 15. Junii 1340. hvarjemte 2:ne bland dessa d. 28 Oct. 1338 bevittnat Biskop Guidos afskrift af samma Bulla. A. 1. d. 13.